2615 imp. Caesar. T. Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio p. p., | coh. I Fl. Cil. eq.[1] basilicam fecit per | C. Avidium Heliodorum praef. Aeg.[2] et | T. Flavium Vergilianum praef. castr.[3], | cura agente Statilio Tauro γ leg. II Tr. f.[4] | curatore coh. eiusdem.

Syene (III 6025 cf. Huebner ex. scr. ep. 456). — 1) Cohors prima Flavia Cilicum equitata in Aegypto tetendit iam sub Domitiano (supra N. 1996); memoratur etiam in papyro scripta a. 156 quam edidit Mommsen eph. ep. 7 p. 459, tribunus eius in papyro pertinente ad a. 123, quam edidit Mo. Zeitschrift der Savigny-Stiftung f. Rechtsgesch., romanist. Abth. 1892 p. 285. — 2) Pater Avidii Cassii qui sub Marco rebellavit (Dio 71, 22; C. I. Gr. 4955). — 3) Praefectus castrorum sine dubio legionis secundae Traianae. — 4) Centurione legionis secundae Traianae fortis. Similiter cohortis primae Belgarum in Dalmatia tendentis, cum a. 173 templum aliquod restitueret, curam egit centurio legionis primae Adiutricis (III 1790 = III S. 8484), et alio tempore eiusdem cohortis praepositus fuit centurio legionis primae Minerviae (III 1918).

2616 imp. Caes. M. Aur. Anto|nino Aug. pont. max., trib. | pot. XXIIII[1], p. p., coh. I ∞ Del.[2] | sub cur. Grani Fortunati | trib. coh. eiusd., muri p. | DCCC[3], in his turr. una.

2617 imp. Caes. M. Au|rel. Antonino | Aug. pont. max., tr. | pot. XXIIII[1], cos. III, p. p., | coh. II ∞ Del.[2] ped. DCCC[3] | in his turris I, sub cura | L. Annaei Serviliani trib. | vice tertia.

Salonis (III 1979 vidit Mommsen; III 6374 cf. III S. 8655 vidit Hirschfeld). — 1) A. 170. Spectant hi tituli ad eandem Salonarum munitionem ad quam N. 2287. — 2) Cohortes Dalmatarum prima et secunda saec. p. Chr. II tetenderunt in Britannia (cf. Huebner C. VII p. 85 et ad VII 760). — 3) Pedes octingentos. Nota singulas has cohortes multo plus muri struxisse vel refecisse quam legionum vexillationes (N. 2287).

2618 [*imp. Caes. L. Sept. Severo Pio Pert. Arab. Adiab. Parth*]ico maxi. | cos. III[1], et M. Aurel. Antonino Pio | cos. II[1] Augg.[!!!!!!!!!!!!][2] | portam cum muris vetustate di|lapsis iussu Alfeni Senecionis v. c. | cos.[3], curante Oclatinio Advento proc. | Augg. nn.[4], coh. I Vangion. ∞ eq.[5] | cum Aem. Salviano trib.[6] | suo a solo rest.

In Britannia rep. trans vallum Hadriani loco dicto Risingham, est Newcastle (VII 1003 vidit Huebner). — 1) Severus consul tertium fuit a. 202, Caracalla consul iterum a. 205, consul tertium a. 208; inter hos igitur annos titulus positus est. — 2) Rasura periit nomen Getae. — 3) Idem legatus consularis Britanniae memoratur VII 269. 270. 513. — 4) De hoc homine cf. O. Hirschfeld Verw. p. 232. Consul fuit a. 218. — 5) Cohors prima Vangionum milliaria equitata in Britannia fuit iam a. 105 (supra N. 2001). — 6) Idem tribunus memoratur VII 986.

2619 imp. Caes. M. Aurelio | Severo Alexandro Pio Fel. Aug. | pont. maximo, tr[*i*]b. pot., cos., p. p., coh. I Ael. | Hispanorum ∞ eq., devota nunimi | maiestatique eius, baselicam | equestrem exercitatoriam | iam pridem a solo coeptam | aedificavit consummavitque, sub cura Mari Valeriani leg. | Aug. pr. pr., instante M. Aurelio | Salvio trib. coh., imp. d. n. | Severo Alexandro Pio Fel. | Aug. cos.[1]

archive.org